Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sine murmurationibus instante seculo iuuat. Tanto enim quisq; depresenti
murmurat operatione: quanto amplius desperat laboris sui eternam recipe-
re retributionem. Iam qui de spe retributionis non dubitat. moperibus duris
positus contra eruditorem suum dominum non murmurat. fili enim qui eru
ditur a patre ut eternam accipiat hereditatem murmurare non debet. si potius
de patris eruditione gaudere. Peruersa mens quando per increpationem cor-
riptur atq; per predicationis dulcedinem adbona sua detur: de correptione
fit deterior: et inde in murmurationis iniquitate succenditur: unde debuit
abiniquitate compesci. Quisquis pro peccato percutitur: nisi murmurando re
sistatur: eo ipso iam iustus ee inchoat. quo ferientis iusticiam non accusat.
Hinc paulus ait. Neq; murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt:
et a serpentibus perierunt. Narrat quippe liber numeri. quia pertesus in be-
remo populus israel taedio longi ac laboris murmurauit. ideo dominus mise-
rit in illum ignitos serpentes. Plage igitur serpentium ignitorum uene-
na sunt uitiorum que animam quam tangunt. spirituali morte perimunt.
Et bene murmurans contra dominum populus serpentium morsibus sterne-
batur: ut ex ordine flagelli exterioris agnosceret. quantam intus peritiem
murmurando pateretur: Dixit abbas ioseph. Quatuor ordines sunt honora
biles in conspectu domini. Primus quando homo infirmatur et adiciuntur ei
temptationes. et cum gratiarum actione suscipit eas. Secundus autem quan
do aliquis omnia opera sua facit munda coram domino et nihil in eis quaerit hu
manum. Tertium uero quando aliquis sedet in subiectione et preceptis spiritali
bus sine murmuratione obedit. et omnibus proprius renuntiat uoluntatibus.

De circumcisione uitiorum. LVII.

De hoc capitulo sic paulus ait apis.
Non sumus circumcisio qui spiritu deo seruimus. et gloriemur in xpo
ihesu. ac si diceret carnaliter circumcisis. Vos estis concisio pel
lis preputii uestri. nos circumcisio cordis et corporis nostri Vos bonam di ano
bis amputatis creaturam. nos anobis uitia circumcidimus spiritaliter et pecca
ta. Unde et nos sumus circumcisio qui spiritu seruimus deo. non uos qui ma
culam concisionis inducitis corpori uestro. Quod autem dicit non sumus circum
cisio qui spiritu seruimus deo. tale est quasi diceret. Nos sumus spiritalis
circumcisionis iusticia. quia iusticia spiritaliter effecti spiritaliter nostro
seruimus auctori. Non enim dixit nos sumus circumcisi. uel habemus circu